



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 84. Joannes Fridericus Elector Liber dimissus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.  
A.C. 1552.

veniret, ubi nemine ad alloquium ad-  
missa aliquot dies delitescerebat.

§. LXXXIV.

*Joannes Fridericus Elector liber  
dimissus.*

*Sleid. l. c.  
Thu. l. 10. p.  
308.*

Eo tempore (\*) Cæsar Joannem Fri-  
dericum pristinum Saxonie Electro-  
rem libertate donavit, eidem signifi-  
cans,

(\*) Subdole Continuator refert, quod  
Carolus eo tempore, quo jamjam in fugæ suæ  
loco substiterat, Joannem Electorem libertati  
restituerit, cum tamen Sleidanus æque, ac  
Thuanus tanquam rem certam narrent, quod  
Cæsar, antequam Oeniponto profugeret, Joan-  
nem Fridericum Saxonem liberaverit, præcepta  
hæc hosti gloria, quod existimationis suæ inter-  
esse arbitraretur, ne coactus potius, quam sponte,  
captive dimisisset videretur: contra Saxo-  
ni Sociis, quam Cæsari, beneficium acceptum  
referre mallet, gratiam recusabat, & quamvis  
liber factus, Cæsarem quocunque ibat, ut antea  
comitabatur.

Ita rem narrat Thuanus Scriptor Gallus  
Austriacæ Domus gloriam imminuere admo-  
dum studiosus: Sleidanus vero l. c. hæc refert:  
cum Saxonie Ducem Joannem Fridericum toto  
jam quinquennio captive, paulo ante dimisisset,  
ne videlicet hostis ad suam gloriam istud re-  
ferret

Sæcul XVI.  
A.C. 1552.

cans, quod libere abire posset, quocun-  
 que demum vellet, dummodo Cæ-  
 faris hostibus sese non associet: cum  
 autem Elector tam senio, quam cor-  
 poris pinguedine gravis, ac infirma va-  
 letudine pressus esset, in lectica Cæsa-  
 rem comitabatur, atque ab illo tempo-  
 ris articulo ab eodem non jam tanquam  
 captivus Princeps, sed veluti liber, at-  
 que amicus habebatur. Referunt non-  
 nulli, quod Cæsar, cum per Passavi-  
 ensem pacem proxime sancendam ad li-  
 bertatem huic Electori concedendam,  
 se coactum iri præsentiret, hanc gra-  
 tiam ex proprio voluntatis suæ impulsu  
 permotus, non autem vi compulsus ei-  
 dem præstitisse, videri voluerit, indeque  
 Mauritio timorem incutere speraverit,  
 cum æmulum suum ad eum statum re-  
 vocatum cerneret, ut cum eo de Saxo-  
 nici

C c 2

nici

*ferret, quod quidem ipse captivus etiam minime  
 volebat, liber factus, nihilominus Cæsarem,  
 quocunque iret, comitatur.*

Ex his prudens Lector facile colligere po-  
 terit, quam artificiose Continuatorescriptorum,  
 quos allegat, verba immutare, alia addere,  
 vel demere soleat, eo fine, ut livorem suum  
 quem præcipue in Augustissimam Domum Au-  
 striacam prodit, aliorum testimonio honestare  
 valeat.

Sæcul. XVI.  
A C. 1552.  
nici Electoratus imperio contendere  
posset. Ceterum Imperatorem tum fu-  
gientem comitabantur Ferdinandus Rex  
ejus Frater, Cardinalis Tridentinus,  
cunctaque ejus familia, ac Proceres,  
qui eum sequentes tanto terrore percel-  
lebantur, ut eorum plures pedibus in-  
cedere cogentur, ne Principem suum  
derelinquerent.

## §. LXXXV.

*Venetorum respublica Cæsari sua of-  
ferens obsequia.*

*Veral. c. p.*  
272.

Verum Caroli timor tum vel maxime  
augebatur, cum Venetorum rem-  
publicam arma parare perciperet; nam  
hi, cum belli flammæ undique erum-  
pere cernerent, malisque inde forte  
imminentibus præcavere cuperent, mi-  
lites conscribebant. Ea res Cæsarem,  
qui tum Villaci agebat, haud parum  
sollicitum tenebat; verebatur enim, ne  
Veneti clandestina cum hostibus consi-  
lia foverent, quinimo hæc eadem su-  
spicio eo ex capite vehementius inva-  
lescebat, quod non ita pridem variis  
ex locis nunciatum esset, a Franciæ  
Legato Venetos ad arma in Cæsarem  
movenda vehementer sollicitatos, eis-  
que amplissima facta fuisse promissa,  
dummodo cum Galliæ Rege ipsius Prin-  
cipe,